AD LECTOREM.

NOn te fugiat, cãdidiſſime lector, quædã nõ incõueniẽter pro totius huiuſce ſequẽtis opis tam introductiõe, q̃ etiã inſtructiõe p̄mittẽda eẽ. Nẽpe ipa talia ſunt, qbus p̄parat via, oſtiũq; reſerat, p quæ ad oĩm fermẽ cõcilioꝝ ac reliquoꝝ arcẽ domiciliumq; iucũdius faciliusq; q̃ añ pueniri poterit. Nõne peregrinãtẽ plurimũ oblectabit, ſi qs illi eã p̄mõſtret terrã, quã ſit peti turꝰ, cuiꝰ diuitijs ditari ſe ſperat? Veꝝ hæc talis diues opũ prouincia ſalubris ẽ, & admodũ delectabilis,, in quã nũc tales tãq; p̄tioſe aduectę ſunt merces, vt aĩa illis nr̃a & refici ſpũaliter, & mores cõponi ſalubriter, & fides roborari poſſit validiꝰ. Hinc oĩm virtutũ ditati bonis, ad æterna tãdẽ gaudia, deo Opt. Max, auſpice, feliciter pucturi. In his nãq; tomis duobꝰ euãgelica ſil' & ap̄lica doctrina luce clariꝰ explicat. Igit nõ te p̄tereat hic nr̃ labor, in his ſacratiſſ. libris verſare, in his te occupa,. q cæteris qbuſq; poſt ſacræ bibliæ volumẽ, poſt ſacratiſſ. euãgelica verba, poſt ap̄licã doctrinã, dubio procul p̄ferẽdi ſunt. Porro, iucũdiſſimũ erit, huic nr̃o volumini, ſtudioſum ac catholicũ inſudare lectorẽ, q̃d à multis milibꝰ, tũ ineptijs, tũ mẽdis (qbus antea ſcatebat) repurgatũ, ex inutili prorſus ac ſcabroſo, factũ eſt vtile ac p̄claꝝ. Nã ſi qs mẽdaꝝ locos recẽſere vellet oẽs, intolerabilẽ ac plane infinitũ ſubiret laborẽ. Ad vitãdũ ergo hoc incõmodũ, q voluerit huiuſce rei veritatẽ agnoſcere, cõferat opus iſtud cũ impreſſiõe Parrhiſieñ. atq; etiam Colonieñ. & id qdẽ de verbo ad verbũ, & experiet, nõ minorẽ illoꝝ & nr̃oꝝ nũc recẽſi æditoꝝ codicũ, q̃ noctis ac diei eẽ differẽtiã. Fateor tñ, ꝙ p̄ter ea, p̄ſertim, vbi in marginibus locus obſcurus, vel corruptus, aut ſil'e poſitũ eſt, plura adhuc eẽ haud ſatis caſtigata, ex eo, ꝙ vetuſtiſſima exẽplaria (qbus vndiq; collectis vſi ſumus) adeo deprauata fuere, vt etiã accedẽtibus eximijs doctiſſ. probatiſſimiſq; magiſtris ac doctoribus, eorumq; reqſitis ad hæc cõſilijs, reſtitui minime potuerint. Nec vere tutũ fuiſſet, aut parui põderis res, ex cõiectura ſola ea voluiſſe immutare, imo cõſultius iudicatũ eſt, poſteris etiã quædã relinquere, q̃ vel p ingenij limpiditatẽ, aut p exemplarioꝝ correctioꝝ adeptionẽ, ipſi reſtituere poſſent. Oro p̄terea lectorẽ, mihi in oĩbus veniã impartiri, ſi nõ ſint ſingl'a adamuſſim reſtituta etiã in ep̄atuũ aſſignatiõe, vbi nõ paruus labor appoſitus ẽ. Exẽplarioꝝ qppe q̃tuor aut qnq; tãta erat diuerſitas, vt licet adhibita ſit oĩs opa ex Ptolomæo, Plinio, Strabone, Antonino, & Solino, imo ex oĩm diocœſiũ Chr̃ianitatis catalogo, Romæ, t̃pe Innocẽtij papæ quarti, anno videlicet incarnationis dñi. M.CC.LII. ab eccleſia recepto, reſtitui tñ illa vix potuerint. Etiã hoc breuiter adnotare placuit, negligẽtia chalcographoꝝ in textu quãdoq; poſitũ, cũ nota parẽtheſis, quod cũ nota, alias, in margine debuiſſet ſcribi. Marginales quoq; additiões p hoc verbũ, alias, nõ incõſulto adiecimus, nec ſine ſyncero ſtudio id actũ eſt, nẽpe ideo, vt libroꝝ, q ad nr̃as manus puenerũt, in veris ſentẽtijs, & diuerſitas, & numeroſitas agnoſceret, licet pleriſq; in locis eadẽ eẽ ſn̄ia videat. Potuiſſemus tamen copioſiorẽ lectionis varietatẽ adieciſſe, modo id cuiquã profuturũ credidiſſemus.

Illud etiã addere placuit, ꝙ vbicũq; in vitis pontificũ ſummoꝝ legit, illos celebraſſe duas, tres, qnq;, per mẽſem Decẽbrẽ, ordinatiões, nõ eſſe ita intelligẽdũ, ꝙ in Decẽbri vnius anni tot ordinationes celebrauerint, ſed p diuerſos annos ſucciſiuos mẽſe tali. Ex oĩbus itaq; iã p̄miſſis attẽde lector, duos hoſce cõcilioꝝ tomos nihil aliud eſſe, q̃ apothecã quãdam oĩm aromatũ ſpũaliũ, mira ſuauitate redolentẽ. Cuius rei periculũ, q facere voluerit, illos diligẽter reuoluat, ac tabellas nr̃as hic ſubſequẽtes ſedulo intueat. Poſtremo, te illud latere nõ volumus Lector ſtudioſiſſime, ꝙ quũ in vna ex tabulis ſtatim ſubſequentibus, loca quædã euumeramus, ex qbus vetuſtiſſimos, ac maxime approbatos accepimus codices, nos propterea nõ credere, neq; etiã opinari, in exteris natiõibus, & p̄claris vniuerſitatibus, tales inueniri non poſſe, aut minime haberi. Tua etiã beneuolẽtia ex eadẽ illa tabella hoc inferre non debet, nos non plura loca, aut plures ciuitates ac bibliothecas perluſtraſſe, q̃ ibi exp̄ſſerimus. Perluſtrauimus profecto, per diuerſa regna, & id qdem non ſine maximo labore, plus q̃ quingẽtas bibliothecas, ex qbus ea quoq; oĩa excerpſimus, quę ad totum hoc noſtrum concilioꝝ negotiũ conducere videbant, ſicut in fine ſecundi Tomi ſatis ſuperq; expreſſum reperies. Fecimus quantum in nobis fuit. Fecimus (inquam) quod in hunc vſq; diem (vt citra iactantiam loquamur) fecit. Si igitur, vel Romæ, vel Venetijs, vel Bononiæ, vel in alijs remotiſſimis a nobis locis, meliora, aut caſtigatiora quæpiam inueneris, ea a te in lucem prodi non prohibemus. Vale, Lector feliciter, Coloniæ ex ædibus honeſti ciuis Petri Quentell, Anno a natali Chriſtiano, M. CCCCC. XXXVIII. duodecimo Kalendas Septembres.

Breuis eo-